Fragmentarium

2

sine ipsis partibus iudex debet motu
animi sui informare secundum dicta
testium et instrumentorum et secundum
maxime allegationes et rationes
advocatorum. Deinde cum iudex ple
nissime discusserit et inspexerit merita
cause debet ipsum negocium termina
re per diffinitivam sententiam. quare de
diffinitiva sententia est hic videndum.
Sententia igitur sic diffinitur. sen
tencia est iudicialis diffinitio que
controversiis id est litibus finem imponit per
munciationem rei. condempnationem
vel absolutionem continens. Senten
cie iudicialis due sunt species. Alia enim
est diffinitiva. alia interlocutoria.
Est autem interlocutoria sententia
seu simplex sententia que profertur
inter principium et finem cause. non super
principali sed super emergentibus et
incidentibus questionibus ut super
libello offerendo vel corrigendo.
vel danda dilatione vel neganda
et super similibus. Diffinitiva sententia
est que principale negocium termi
nat continens absolutionem vel con
dempnationem. Nota quod sententia
ferenda est a suo iudice quia si fertur
a non suo iudice non valet nec te
net. Item nota quod iudex sedendo
non stando in loco consueto ubi iu
dicio presidere solet debet ferre sen
tentiam vel in aliquo loco hones
to non in lupanari vel in coqui
na. et debet eam ferre utraque parte
presente vel altera parte se per contumaciam

absentantem. Item nota quod
sententia iudicialis semper in scrip
tis redigenda est et proferenda.
aliter non potest habere nomen sententie
nec est sententia. Sententia
autem sic est formanda in scriptis
Ego N. decanus civitatis spirensis
iudex inter petrum ex una
parte et paulum ex altera vertitur
super tali vinea auditis allegatio
nibus hinc inde propositis et ex
aminatis ad plenum p[...]icte de
meritis deprudenti virorum con
silio absolvo petrum ab instan
cia pauli eidem paulo petitum
silencium imponendo super vinea
tali. Condempno eum [...]
predicto iudiciali auctoritate in
expensis quas fecit pe[...]
et extra litem. Lata est [...]
tencia in claustro sp[...]
anno domini . cc. lx. [...]
et hec de sententia d[...]
Sequitur de appell[...]
[...]latio est provocatio [...]
nori iudice ad maiorem super
iniqua sententia vel iniquo gra
vamine. Sicut iudex inique se
tentiat et male gravat aliquam par
tem illa pars agravata appellare de[bet]
ad iudicem superiorem super tali
sententia vel tali gravamine.
Et nota quod a minori iudice appel
landum est ad maiorem et non
e converso ut ab episcopo spirensi ad me
tropolitanum id est ad maguntinum

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 119, 2r – Johannes Andreae, Summula de processu judicii
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-qe5f/223/2950)